» nam eandemqve diverſis tempo-
» ribus narrandi neceſſitas impo-
» natur, an credimus eos ſemper
» eodem ordine, totidemqve ver-
» bis, necnon rerum qvarumvis
» minutiſſimarum enumeratione
» pari ad ungvem uſuros eſſe? Mi-
» nimè; Profectò ne qvidem inter
» ſeſe hoc modo qvatuor Evange-
» liſtæ conſentiunt, utut in veri-
» tate & omnibus doctrinæ cæle-
» ſtis capitibus admirandus ſit eo-
» rum conſenſus. Libri qvoqve
» Regum, & qvos in Veteri Fœdere
» Paralipomenon vocant, & ſi tem-
» porum eorundem acta notent,
» verbis tamen & rerum copia non-
» nunqvam ita diſcrepant, ut ad hi-
» ſtoriam plenè perfectèqve traden-
» dam, alteri alteris mutuam qvan-
» doqve operam præbere tenean-